

## **Fridrich Sicilský potvrzuje českému králi majetky ve Francích a Vogtlandu.**

Basilej, 26. září 1212

MGH DF II (XIV.2), s. 8–10, č. 173.

*IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS AMEN. FREDERICUS divina favente clementia Romanorum imperator electus et semper augustus, rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Ad excellendos regie celsitudinis titulos eorum votis nos uberius acclinare decrevimus, quorum fidem ac devotionem circa universa negotia nostra promovenda integram ac inconvulsam certiori experientia didicimus. Dignum namque ac honestum arbitramur fore, ut eorum qui promotioni nostre ab exordio assistere non dubitaverunt, tanto sollercius obsequiis respondeamus, ut etiam eorum exemplo plerosque alios ad favorem nostrum fabilius allicere valeamus. Nos itaque animadvertentes preclara devotionis obsequia, que illustris rex Boemorum Ottacharus intimo cordis affectu cum universa Boemorum gente hactenus nobis exhibuit ac etiam Domino largiente in perpetuum est exhibiturus, suis ad presens, in quantum possumus, respondere cupientes obsequiis, notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos eidem regi Boemie donamus et confirmamus ac in perpetuam possessionem tradimus proprietatem nostram Vlozze cum ministerialibus, servis, cuiuscunque fuerint conditionis, omnique iuris integritate quarumlibet possessionum, prout avus noster Fredericus pie memorie gloriosus Romanorum imperator augustus emit a domina Adleida comitissa de Clewen. Item donamus ei et confirmamus castrum, quod dicitur Svarcenberc, cum ministerialibus, servis, cuiuscunque sint conditionis, omnique iuris integritate quarumlibet possessionum, ut dictus avus noster emit a duce Henrico de Medelic. Item donamus ei et confirmamus provintiam, que Milin dicitur, cum Richenbach et omnibus pertinentiis suis. Item donamus ei et confirmamus castrum Lichtemstein cum omnibus pertinentiis suis. Eidem etiam regi concedimus in pheodum et confirmamus possessiones Mantile et Lve cum omnibus*

Ve jménu svaté a nerozdílné Trojice Amen. Fridrich z Boží milosti a přízně designovaný císař Římanů, vždy rozmnožitel říše, král sicilský, vévoda apulský a kníže kapujský. K povznesení jména královské výsosti, rozhodli jsme se být velkoryseji nakloněni prosbám těch, o jejichž neměnné věrnosti a bezúhonné oddanosti ve vztahu ke všem našim záležitostem jsme byli velmi dobře zpraveni. Domníváme se tedy, že bude důstojné a čestné, abychom odpověděli důmyslnější vstřícností těm, kdo našemu povýšení od počátku pomáhali a nepochybovali, a abychom jejich příkladem snadněji pomohli jiným k naší přízni. Proto i my přihlížejíce k přeslavným službám oddanosti, které jasný král Čechů Otakar z nejhlubšího pohnutí srdce s celým lidem českým až potud nám prokazoval a rovněž Pánu hodlá v budoucnu štědře prokazovat, v současnosti nakolik můžeme a natolik toužíme odměnit, známo činíme jak přítomným, tak budoucím, že my tomuto králi Čech dáváme a potvrzujeme a do věčného vlastnictví předáváme naše statky Floss s ministeriály, služebníky, jakéhokoliv by byli postavení a se všemi plnými právy k držbě, kterou náš děd Fridrich blahé paměti slavný císař římský, vždy rozmnožitel říše vykoupil od paní Adléty hraběnky z Cleve.

Rovněž mu dáváme a potvrzujeme hrad, jenž se jmenuje Schwarzenberk, s ministeriály, služebníky, jakéhokoliv stavu a se všemi neporušenými právy veškerých majetků, které náš děd vykoupil od vévody Jindřicha z Medelic.

Rovněž mu dáváme a potvrzujeme provincii, která se nazývá Milin, s Reichenbachem a vším jeho příslušenstvím. Také mu dáváme a potvrzujeme hrad Liechtenstein se vším příslušenstvím.

Témuž králi předáváme v léno a potvrzujeme statky Mantel a Lube se vším příslušenstvím.

*pertinentiis suis. Preterea castrum Donin cum suis pertinentiis donamus et confirmamus, si illud a marchione Missenense absolvere poterimus, si vero ipsum castrum absolvere non poterimus, quicquid tres ab eodem rege electi imperii principes, qui tunc in gratia nostra fuerint, cum tribus supanis decreverint facere, satagemus. Ut autem nostre liberalitatis donatio, concessio ac confirmatio maiori nitatur robore et evidentiori future successioni pateat veritate, presens privilegium per manus Henrici de Parisius, notarii et fidelis nostri, scripsi et bulla nostra aurea iussimus communiri anno, mense et indictione subscriptis. Huius rei testes sunt: archiepiscopus Barensis, episcopus Tridentinus, episcopus Basiliensis, episcopus Constantiensis, episcopus Curiensis, abbas Augensis, abbas Sancti Galli, abbas de Wiceburc, Bertoldus de Nifphe, regalis curie prothonotarius, comes Ulricus de Chiburc, comes Rodulfus de Habechesburc et langravius de Alsatia, comites Lodvicus et Hermannus de Froburc, comes Warnerus de Hohenburc, Arnoldus nobilis de Wart, Rodulfus advocatus de Raprehteshiwilare, Albero de Tanehuse, Rodulfus de Ramesberc et alii quam plures. Acta sunt hec anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo duodecimo, mense Septenbris, quintedecime indictionis, regni vero domini nostri Frederici illustrissimi Romanorum imperatoris electi et semper augusti, regis Sicilie quintodecimo. Datum in nobili civitate Basilea per manus Ulrici viceprothonotarii sexto Kalendas Octobris feliciter amen.*

Dále hrad Donín se všim příslušenstvím dáváme a potvrzujeme, jestliže jej dokážeme vyprostit z moci markraběte míšeňského.

Pokud týž hrad nedokážeme uvolnit, učiníme to, co rozhodnou tři říšská knížata, která si vyvolí řečený král a která tehdy budou v naší milosti, spolu se třemi župany.

Aby však dar naší štědrosti, udělení a potvrzení nabyt na vážnosti a aby to bylo zřejmější pro budoucí nástupce, přikázali jsme toto privilegium napsati rukou Jindřicha de Parisius, notáře a věrného našeho a zlatou bulou stvrditi roku, měsíce a indikce níže psaných.

Této věci svědkové jsou: arcibiskup z Bari, biskup tridentský, biskup basilejský, biskup churský, opat reichenauský, opat svatohavelský, opat weisemburský, Berthold z Neuffen, protonotář naší královské kanceláře, hrabě Oldřich z Kyburku, hrabě Rudolf z Habsburku, lantkrabě alsaský, hrabata Ludvík a Heřman z Froburku, hrabě Werner z Hohenburku, urozený Arnold z Wart, Rudolf fojt z Raprechtsweileru, Albero z Tanhausu, Rudolf z Ramensberku a mnozí jiní.

Stalo se léta od vtělení Páně tisícího dvoustého dvanáctého, v měsíci září, v patnácté indikci, království však pána našeho Fridricha nejjasnějšího vyvoleného císaře Římanů a vždy rozmnožitele říše, krále sicilského roku patnáctého. Dáno ve vznešeném městě Basileji rukou Oldřicha viceprotonotáře, šestých kalend říjnových šťastně amen.